14. Wicelczka, C. E. p. A. E. circa 1059. Fuerat hic Capella Conventui PP. Benedict. de Tyniec incorporata, de qua Capella Bulla Gregorii IX. data Perusii ao 1229 mentionem facit, eamque Capellam firmam ac illibatam Monasterio dicto permanere vult. Fuerat Wicelczka (Magnum Sal) tunc temporis adhuc pagiolum, cum primum anno 1290 fratres Jescho et Hysmboldus e Silesia advenae a Henrico Probo, Duce Vratislaviensi et brevi tempore Duce Cracov. privilegium obtinuerint civitatis fundandae. Primum post annum 1440 hocce beneficium a Pontifice Romano Eugenio IV. Florentiae saeculari presbitero Gregorio de Sanok, Capellano pontificio, celeberrimo suo aevo viro, collatum fuerat, et Ladislaus III. rex dilecto suo, brevi post comiti in aciem Varnensem, praediolum probabiliter militare. Łyczonka dictum, in dotem Esiae dederat.

Isthoe Gregorio de Sanok, longiori tempore studiorum humaniorum in Academia Cracov. Professore anno 1453 in Archieppum Leontopol. suffecto, cum XV. saeculo vetitum jam fuerit pro beneficio obtinendo amplius Romam concurrere, beneficium istud usque ad annum 1713 regiae collationis permanserat.

Anno 1537 Esia Vielie, in praeposituralem evecta est et plebanus Nicolaus Rudnicki, Praepositus factus fuerat, successu temporis cum 6 Mansionariis, uno Concionatore, 4 Altaristis, uno SS. Rosarii Promotore et Capellano salinari, omnibus hisce maxima ex parte in Salis proventu olim et in Missarum fundat. Stipendiis fundatis, Capellanus Salinaris ab anno 1698 pro systemisato salario 300 fl. pol. institutus, Missam in fodinis in Capella S. Antonii artificiosissime a salis sectoribus in salis petra exculpta, in profunditate 33 $\frac{1}{2}$ orgiarum subtus terram, quotidie celebrare solebat, qui usus circa anno 1800 desierat. Ab anno autem 1817 ad annum 1851 celebratur in fodinis Missa semel de anno, et quidem 3. Julii ob recolendam memoriam praesentiae August. Imper. Francisci I. salis fodinas cum August. Consorte sua Carolina Augusta eodem die visitantis; anno vero 1851 die 13. Octobris celebratum fuerat Missae sacrif. in praesentia Suae c. r. Apost. Majestatis Francisci Josephi, Imperatoris nostri, et ob tantam memoriam recolendam itidem a Consist. concessa est facultas praefato die quotannis Missae sacrif. in fodinis celebrandi. Ex indulto Consist. de ao 1859 celebratur Missae sacrif. etiam in Vigilia Nat. Dni in Capella S. Crucis in fodinis montium antiquorum ad instar Esioe lignae adornata.

Sub tempus Visit. canon. 30. Junii 1858 celebrabat

Missae Sacr. in dicta S. Antonii Capella Illustr. ac Rever. Joseph. Aloys. Pukalski Eppus Tarnov. Praeter memoratam Capellam dantur adhuc subtilus terram aliae quatuor Capellae a laboratoribus decenter cultui adornatae, in quibus in Vigiliis majorum Festorum perfecto jam labore emensurato, devotiones suas privatas congregati laboratores celebrare solent.

Fuerant hic duae Confraternitates, nimirum Tragariorum seu salisvectorum et salis sectorum, et SS. Rosarii, quarum prior anno 1363, posterior 1610 introductae fuerant. Confraternitas Tragariorum utebatur Cappis albi, Rosariana autem rubri coloris, ambaeque non de nomine quidem, verum de facto ad hodie persistunt. In fodinis hujatibus 1500 laboratores occupantur. Arx in qua c. r. Directio salin. reconditur, a Casimiro Magno anno 1360 aedificata, fueratque muro suo, uti et ipsa Civitas itidem muro suo a praefato Rege cincta.

Fuerat hic anno 1363 ad annum 1805 etiam separata Esia S. Spiritus cum hospitali a Casimiro Magno pro salis fossoribus labore jam enervatis fundata, cui Esiae et hospitali Praepositus proprius curam hospitalis spiritualem gerens applicabatur. Fundum hospitem c. r. salin. Directio ad praesens ipsa administrat.

Praepositura Vielicensis praesentabatur ad annum 1713 a regibus Poloniae, verum ad interpositas Academiae Jagiellonicae preces, Augustus II. Rex jus sibi competens praefato anno Academiae cesserat et quidem in subsidium professorum linguarum exoticarum, nimirum gallicae et germanicae, recte tunc temporis pro Cathedris introductarum. Praesentatus pro beneficio semper professor Academiae, tenebatur e proventibus beneficii, jam per se tenuibus e fundatione

dare quotannis 400 fl. pol. professori linguae gallicae et 300 fl. pol. prof. linguae germanicae, remanserant itaque praesentato pro dote 1000 fl. pol. e proventibus salis et decimae. Praedium enim Łyczonka pro 760 fl. polon quotannis exarhendabatur, quae Summa professoribus obtigerat. Ob hanc rationem resignationes fuerant frequentes. Praesentatio spectabat ad Collegium sic dictum Majus, id est Theologicum et Juridicum alternatim. Usque ad annum 1772 non residebant Praepositi in loco loci, tamquam professores academici possessoresque beneficiorum aliorum Cracov. v. g. S. Floriani; et ab anno 1772—1777 beneficium vacabat, quaemadmodum etiam ab anno 1810 ad 1816 quo ultimo tempore parochi totaliter exdivisa fuerat, i. e. omnes pagi incorporati ad vicinas parochias incorporabantur et omnis fundatio pro Clero extra limites civitatis posita fundo relig. aggregabatur, et civitas Wieliczka cum territorio suo communi regimini saxo-polonico-austriaco subjecta fuerat.

Hic natus fuerat Simon Czechowicz anno 1700 celebr pictor. T. E. Clementis Papae M. Esia antiqua 1381 ab incolis Wielic. aedificata, anno 1787 ad fundamenta usque demolita, nova praesens anno 1805 super antiquae fundamentis perfecta, anno 1824 per Eppum Tynecensem Thomam Gregor. Ziegler consecrata fuerat. Capellam polygonis formae ad meridionalem partem Esiae sitam extrui curaverat Barbara de Moskorszewo in Raciborsko Morsztynowa a. 1693. In utensiliis argenteis possidet Esia plus tribus centenariis pondo. Patron. Esiae altum c. r. Ministerium Vectigalium, Sectionis Montanisticae.

Praepos. Curatus. Rmus D. Stanislaus Osuchowski, Dec. for.

ac Inspect. Distr. Scholar. nation. Comiss. quoad matrim.
cum usu R. et M. n. 1802. o. 1828. b. 1833.

Coop. R. D. Josephus Kufel, n. 1832. o. 1856.

„ R. D. Adolphus Brandt, n. 1832. o. 1857.

„ R. D. Eduardus Sikora, n. 1837. o. 1862.

N. A. In loco paroch. Cath. 4468. In incorp. 29 locis:
Suburbium Lednica dółna $\frac{1}{10}$, 844. Bogucice $\frac{1}{8}$, 367. Bugaj 1, 171. Byszyce 1, 337. Czarnochowice $\frac{1}{2}$, 363. Choraǵwica $\frac{3}{4}$, 236. Grabówki cum Babiny et Poręby $\frac{1}{3}$, 347. Gorzków 1, 157. Grajów $\frac{5}{4}$, 264. Janowice 1, 396. Koźmice wielkie $\frac{3}{4}$, 921. Koźmiczki $\frac{3}{4}$, 187. Kokotów $\frac{1}{2}$, 245. Krzyszkowice $\frac{1}{4}$, 549. Lednica górna cum Colonia germanica $\frac{1}{2}$, 529. Mała wieś $\frac{1}{2}$, 227. Mietniów $\frac{1}{2}$, 313. Pawlikowice $\frac{1}{2}$, 132. Raciborsko $\frac{3}{4}$, 647. Rożnowa $\frac{1}{4}$, 147. Siercza $\frac{1}{4}$ cum Wolica $\frac{1}{2}$ et Klasna $\frac{1}{8}$, 667. Sygnezów $\frac{1}{2}$, 231. Śledziejowice $\frac{1}{2}$, 263. Sułków $\frac{1}{2}$, 282. Strumiany $\frac{1}{2}$, 169. Taszyce $\frac{1}{2}$, 276. Zabawa $\frac{1}{2}$ 322. — Univ. Cath. 14057. Graec. cath. 10. Ev. 93. Jud. 1200.

In civitate Wieliczka, tum in locis incorp. Raciborsko et Gorzków fuerant olim Oratoria calviniana, in Pawlikowice socinianum, in quo ultimo loco exstant adhuc sepulchra murata.

Hic existit PP. Reformatorum Conventus ab anno 1625. a Rege Sigismundo III fundatus.

In ambitu hujus civitatis existunt binae Capellae, altera sub titulo S. Sebastiani M. anno 1598. qua Esia in coemeterio tunc temporis per Cardin. Georg. Radziwiłł Eppm Cracov. consecrata, altera sub titulo S. Cunegundis V. seu Langieriana in coemeterio communi anno 1834 murata.

in quibus exceptis diebus festivis et Dnicis Missae sacrificium celebratur. Hic adest schola capit. puerorum et trivialis puellarum nec non ptochotrophium civitatense.

Offum post. in loco.

15. Wróblowice, P. Capel. local. A. E. 1802. T. E. Transfiguratio D. N. J. C. Esia non consecrata. Olim Capella privata pro residente Presbytero e Conventu PP. Augustin. Cracov. ad quos pagus hic pertinuerat; dein Excurrenda ad Kossocice, tum facta exdivisione paroch. Kossocice, Capell. localis ab ao 1804 independens. Patr. T. D. Jacobus Leśniak.

* Capell. loc. A. R. D. Mathias Wieczorek, n. 1815. o. 1840. b. 1852.

N. A. In loco Capel. Cath. 487. In incorp. 4 locis: Swoszowice $\frac{1}{4}$, 720. Golkowice $\frac{1}{2}$, 977. Wrząsowice $\frac{1}{2}$, 487. Kurdwanów $\frac{1}{2}$ m. 339. — Univ. Cath. 3010. Ev. 1. Jud. 65.

In incorporato pago Swoszowice reperiuntur c. r. fodinae sulphuris Ministerio Vectigalium Sectionis Montanisticae immediatae subjectae et 540 laboratores occupantes. Existunt hic quoque balnea sulphurica et Capella murata in qua Sacerdotes advenae balneis his utentes pro opportunitate temporis missam celebrant.

Offum post. Podgórze vel Wieliczka.

16. Zabierzów, P. E. p. lignea, antiqua jamjam ruinam minante sollicitudine Parochi loci nova 1859 exstructa, ast nondum finita et per Communitates Parochiae recepta. A. E. 1736. T. E. Patrocinium B. M. V. Patr. Aug. c. r. Apost. Majest.

* Paroch. A. R. D. Gasparus Emanuel Alojsius Miernicki,
n. 1803. o. 1830. b. 1834.

* Coop. R. D. Joseph. Zaręba, n. 1811. o. 1839.

N. A. In loco paroch. Cath. 1311. In contiguo loco
Żażnia 85. In incorp. 4 locis: Wola Zabierzowska cum
Nowa wieś $\frac{1}{2}$, 1441. Chobot $\frac{3}{4}$, 295. Ispina cum Krzy-
kówka 1, 590. Poszyna $\frac{3}{4}$ m. 28. — Univ. Cath. 3542.
Ev. 2. Jud. 158.

Haec Parochia ab ao 1736 — 1800 fuerat filialis ad
matricem Wawrzyńczyce in Regno Poloniae trans Vistulam,
ab ao autem 1800 ad praesentia tempora est Esia paroch.
Jacet autem versus Septemtrionem in patulitate ad calcem
meditullii silvar. camer. Niepołomice $\frac{1}{2}$ m. a fluvio Vistula
distans, mox cum Regno Poloniae limitans.

Offum post. Niepołomice.

In Decanatu Wielicensi Summa:

Cath. 61185. Gr. Cath. 17. Ev. 132.

Jud. 3363.



19. Decanatus Wojnicensis.

Decanus. Rmus D. Felix Joann. de Borkowski, cum usu R. et M.

Vice-Decanus. A. R. D. Josephus Leśny, cum usu Exp. can.

Notarius. A. R. D. Martinus Goliński, cum usu Expos. can.

I. Borzęcin, P. E. p. cons. A. E. circiter 1414. T. E.

Nativitas B. M. V. Patr. T. DD. Successores Guilh. Hugo
Comitis de Hompesch Bollheim C. R. Camerarii (Kammer-
herr) Praefecti supremi militum ac Equitis plurium Ordinum.

Paroch. A. R. D. Martinus Goliński, Notarius decan. cum usu
Exposit. canon. n. 1811. o. 1837. b. 1842.

* Coop. R. D. Mathias Pająk, n. 1818. o. 1843.

N. A. In loco paroch. Cath. 4680. In incorp. loco:
Bieleza $\frac{1}{2}$ m. 1560 — Univ. Cath. 6240. Jud. 96.

In hac parochia existit Capella privata in pago Biel-
cza cum privilegio nonnunquam Missae sacrificium cele-
brandi.

Offum post. Brzésko.

2. Cerekiew, P. E. p. cons. A. E. ignotus. T. E. S.
Laurentii Mart. Patr. T. D. Adalbertus Grabezyński, J. U.
Dr. Advocatus Tarnov.

Paroch. Rmus D. Franc. Xav. Matlakowski, presbyt. jubilat.
cum usu R. et M. n. 1780. o. 1805. b. 1812.

* Coop. R. D. Joann Bapt. Głowacz, n. 1852. o. 1858.

N. A. In loco paroch. Cath. 468. In incorp. 4 locis:
Bessów $\frac{1}{4}$, 378. Czaślawice $\frac{1}{4}$, 90. Wrzepia $\frac{2}{4}$, 656. Bin-
kowice $\frac{2}{4}$ m. 250. — Univ. Cath. 1942. Jud. 40.

Ad hanc parochiam spectat filialis Esia in Okulice.

Offum post. Uście solne.

3. Dembno, P. E. p. A. E. 1404. T. E. S. Margaritae
V. et M. Penes hanc Esiam existit Confraternitas SS. Ro-
sarii et altera viae crucis 1862. introductae. Patr. T. D.
Josephus Eques de Jastrzębski.

Paroch. A. R. D. Joseph. Leśny, Vice-Decanus, c. r. socie-
tatis agronomicae Cracoviensis membrum activum, cum usu
Exposit. canon. n. 1814. o. 1838. b. 1846.

Coop. Vacat.

N. A. In loco paroch. Cath. 641. In incorp. 5 locis: Wola dembińska cum Dwojanów $\frac{1}{4}$, 400. Perła $\frac{1}{4}$, 150. Jastew $\frac{2}{4}$, 259. Biadoliny $\frac{3}{4}$, 164. Sufczyn $\frac{2}{4}$, 760. — Univ. Cath. 2374. Jud. 80.

Offum post. Brzésko.

4. Jadowniki, P. E. p. A. E. ignotus. T. E. S. Procopii Conf. Abb. Istud beneficium fuit quondam Collationis regiae usque ad annum 1628, quo Sigismundus III. Rex Poloniae privilegium praesentationis Praepositis Collegiatae pro tunc in Wojnicz existentis in favorem ejatum Mansionariorum donaverat. Nunc exercet jus praesentandi Parochus in Wojnicz. Patr. T. D. Parochus in Wojnicz.

Paroch. Rmus D. Eelix Joann. Eques de Borkowski, Decanus foran. ac Inspect. distr. schol. nat. Commissarius quod matrim. Membrum societ. agron. Cracov. activum et societatis parsimoniae Tarnov. honor. cum usu R. et M. n. 1811. o. 1855. b. 1841.

Coop. Vacat.

N. A. In loco paroch. Cath. 2215. In incorp. loco: Maszkienice $\frac{2}{4}$ m. 1032. — Univ. Cath. 3247. Jud. 108.

In hac parochia existit in monte Bocheniec Capella S. Annae anno 1854 renovata & consecrata, in qua sexies de anno publicae devotiones et praeterea Missae sacrificium pro opportunitate temporis celebrari solet.

Offum post. Brzésko.

5. Radków, P. E. p. cons. A. E. 1100. T. E. S. Joannis Bapt. Patr. T. DD. Successores Guilhelm. Hugo Comitibus de Hompesch Bollheim c. r. Cammerarii, Praefecti supremi militum ac Equitis plurium Ordinum.

Paroch. Rmus D. Jacobus Wessely, Decanus foran. ac Inspect.
distr. Scholar. nat. emeritus, membrum societatis agron.
Cracov. act. cum usu R. et M. n. 1798. o. 1828. b. 1831.

Coop. R. D. Adalb. Roszek, n. 1855. o. 1860.

„ R. D. Martinus Kusionowicz, n. 1855. o. 1859.

N. A. In loco paroch. Cath. 1482. In incorp. 12 locis:
Wola Radłowska $\frac{1}{4}$, 1172. Wał, Ruda et Śmietana $\frac{3}{4}$,
683. Podwale $\frac{3}{4}$, 180. Zdziary $\frac{3}{4}$, 340. Zabawa $\frac{3}{4}$, 81.
Zdrohec 1, 373. Marcinkowice 1, 240. Biskupice $\frac{3}{4}$, 621.
Głów $\frac{1}{4}$, 145. Niwka $\frac{3}{4}$, 271. Dobczyce $\frac{3}{4}$, 113. Rudka
 $\frac{3}{4}$, 148. — Univ. Cath. 5849. Ev. 4. Jud. 146.

Bona Radłów pertinebant olim ad Eppum Cracoviensem.
Joannes Duval nominatus Eppus Tarnoviensis possidebat
hoc beneficium usque ad mortem. Moderna Ecclesia per
Illmum ac Rmum Joannem Groth Eppum Cracov. anno 1358.
e latere cocto aedificata, anno 1862. restaurata ac depicta est.

Offum post. Tarnów.

6. Strzelce wielkie, P. E. p. cons. A. E. 1617. T.

E. S. Sebastiani M. Patr. T. D. Romanus de Broniewski.

Paroch. A R. D. Thomas Jaskólski, n. 1803. o. 1834. b. 1847.

N. A. In loco paroch. Cath. 1132. In incorp. 2 locis:
Strzelce małe $\frac{1}{4}$, 458. Dąbrówka $\frac{3}{4}$ m. 250. — Univ. Cath.
1840. Jud. 61.

Offum post. Uście solne.

7. Szczepanów, P. E. p. cons. A. E. circa 1000.

Ecclesia haec primitus lignea a parentibus S. Stanisłai
Eppi Cracov. Mart. fundata & a Joanne Długosz Seniore
Canonico Cracov. et Curato Szczepanov. e latere cocto
circa annum 1471 murata, ad quam e parte septemtrionali

incerto anno DD. Czerny capellam admuraverunt, in qua et sepulchrum familiae suae posuerunt. Hi et Confraternitatem SS. Rosarii et Praebendarium per Institutionem introducendum fundaverunt. T. E. S. Maria Magdal. Patr. T. D. Mauritius Comes de Potocki.

Paroch. A. R. D. Adalbertus Bobek senior, cum usu Expos. canon. membrum societatis agronomicae Cracov. activum. n. 1808. o. 1854. b. 1850.

* Coop. R. D. Josephus Rosner, n. 1852. o. 1857.

N. A. In loco paroch. Cath. 580. In incorp. 11 locis: Mokrzyńska $\frac{1}{4}$, 1882. Bucze $\frac{2}{4}$, 411. Przyborów $\frac{1}{4}$, 1341. Łęki $\frac{1}{4}$, 1158. Rysie et Rudy 1, 555. Wokowice $\frac{3}{4}$, 680. Dziekanów et Styrkowice $\frac{1}{4}$, 240. Grądy pars $\frac{2}{4}$, 150. Borek pars $\frac{2}{4}$, 56. Jodłówka pars $\frac{2}{4}$, 55. Cerekiew pars $\frac{2}{4}$, 17. — Univ. Cath. 6865. Jud. 59.

Hic existit secunda Ecclesia sub titulo S. Stanisłai E. M. cons. in ejus loco natali primitus lignea, incertum quo anno fundata et a Stanisłao Lubomirski supremo Regni Marschalo anno 1781 murata. In proximitate hujus Ecclesiae existit anno 1862 cura et impensis Parochi aedificata Capella cum privilegio absolvendi Sacrificii Missae, in qua reliquiae arboris quercus asservantur sub cujus frondibus S. Stanislaus E. M. anno 1050 lumen mundi conspexit. In pago Rysie invenitur privata Capella sub titulo B. M. V. ad Nives, in qua semel in mense sacrificium Missae celebrari solet.

Offum post. Brzésko.

S. Szezurowa, P. E. p. cons. A. E. ignotus. T. E. S. Bartholomaei M. Patr. T. D. Anastasia de Chwalibóg 1. voto de Zieleńska 2. voto de Kepińska.

Paroch. A. R. D. Joann. Ev. Kitrys, cum usu Expos. canon.
n. 1816. o. 1840. b. 1845.

* Coop. R. D. Josephus Francak, n. 1823. o. 1851.

N. A. In loco paroch. Cath. 2185. In incorp. 5 locis:
Rylowa $\frac{1}{4}$, 425. Rząchowa $\frac{2}{4}$, 158. Niedzieliska $\frac{1}{4}$, 954.
Rajsko $\frac{3}{4}$, 286. Górka $\frac{3}{4}$, 524. — Univ. Cath. 4552. Jud. 98.

Ad hanc Ecclesiam spectabat olim filialis in Zaborów,
quae anno 1819 in parochialem erecta est.

Offum post. Uście solne.

9. Uście solne, O. E. p. cons. A. E. ignotus. T. E.
Commemoratio S. Pauli Ap. Haec Ecclesia erat quondam
praepositalis, cum Praeposito, tribus Mansionariis, cum
uno Promotore SS. Rosarii et uno Cooperatore. Hic erat
et altera Ecclesia hospitalis sub titulo B. M. V. ad Nives
cum uno Praeposito hospitali, tum Ecclesia in suburbio
Stare Uście sub titulo S. Agathae V. M. ad quam ex-
currendo ex parochiali quandoque Missae Sacrificium ce-
lebrabatur, sed ambae hae Ecclesiae jam dudum sublatae
sunt. Patr. Augustissima c. r. Apost. Majestas.

Paroch. Rmus D. Ferdinandus Wilczek, a Consil. Consist.
Eppal. honor. Decan. foran. ac Inspect. distr. Scholar. nat.
emerit. n. 1802. o. 1825. b. 1829.

* Coop. R. D. Leopoldus Stanko, n. 1834. o. 1859.

N. A. In loco paroch. Cath. 1584. In incorp. 3 locis:
Niedary $\frac{1}{8}$, 462. Barczków $\frac{1}{4}$, 218. Popędzina $\frac{1}{8}$ m. 98.
Univ. Cath. 2362. Jud. 35.

Offum post. in loco.

10. Wietrzychowice, P. E. p. cons. A. E. 1529.
T. E. Assumptionis B. M. V. Patr. T. D. Felix L. B. de
Konopka.

Paroch. A. R. D. Michaël Smoleń, n. 1819. o. 1848. b. 1855.

Coop. R. D. Josephus Mika, n. 1833. o. 1837.

N. A. In loco paroch. Cath. 493. In incorp. 9 locis: Jadowniki mokre $\frac{2}{4}$, 780. Miechowico $\frac{1}{4}$, 530. Miechowiczki $\frac{1}{4}$, 456. Sikorzyce $\frac{1}{4}$, 362. Siedliszowice $\frac{1}{8}$, 575, Demblin $\frac{1}{4}$, 462. Nowopole $\frac{2}{4}$, 211. Wola Rogowska $\frac{3}{4}$, 524. Jagodniki 1 m. 114. — Univ. Cath. 4507. Jud. 219.

In coemeterio adest Capella SS. Trinitatis, in qua juxta privilegium pro opportunitate temporis Missæ Sacrificium celebratur.

Offum post. Tarnów.

11. Wojnicz, O. E. p. cons. A. E. ignotus. T. E. S.

Laurentii M. Ecclesia haec a tempore erectionis suae erat parochialis usque ad 1456, dein ad preces Joannis de Pniew a Casimiro Jagiellończyk Polonorum rege facta est praepositalis, cum Custode Scholastico et 4 Mansionariis perpetuis. Subsequis temporibus (ast ignotum quando) facta est Collegiata et qua talis persistebat usque ad annum 1775; tunc enim iterum facta est parochialis. Patr. T. D. Ladislaus Eques de Lubraniec Dąbski.

Paroch. A. R. D. Blasius Gwiazdoń, n. 1819. o. 1844. b. 1859.

Coop. R. D. Mathias Pajor, n. 1836. o. 1860.

„ R. D. Constantius Pragłowski, n. 1836. o. 1860.

N. A. In loco paroch. Cath. 1510. In incorp. 15 locis: Zamoście suburbium 340. Łukanowico $\frac{1}{4}$, 324. Zakrzow $\frac{1}{4}$, 225. Dembina Zakrzowska $\frac{1}{4}$, 115. Dembina Łętowska $\frac{1}{4}$, 140. Mikołajowice $\frac{2}{4}$, 476. Więckowice $\frac{2}{4}$, 240. Rudka $\frac{2}{4}$, 160. Ratnawy $\frac{1}{4}$, 90. Wielkawies $\frac{2}{4}$, 442. Ło-

poń $\frac{2}{4}$, 405. Żetowice $\frac{2}{4}$, 612. Miłowka $\frac{2}{4}$, 342 Grabno 1, 556. Biadoliny 1 m. 792. — Univ. Cath. 6769. Jud. 405.

Hic adest secunda Ecclesia sub titulo S. Leonardi anno 1209 erecta, in qua sine restrictione temporis Missae Sacrificium celebratur.

In suburbio Zamoście existit Capella sub titulo B. M. V. Laurentanae, cum facultate celebrandi Missam.

Offitium post. in loco.

12. Zaborów, P. E. p. cons. A. E. 1819. T. E. Visitatio B. M. V. Patr. T. DD. Successores p. m. Theresae de Godziemba Radecka et Oswald. de Lebowski tum Alexander Günther.

Paroch. A. R. D. Paul. Eques de Nowina Ujejski, cum usu Exposit. canon. n. 1811. o. 1837. b. 1842.

* Coop. R. D. Joann. Buczyński, n. 1822. o. 1848.

N. A. In loco paroch. Cath. 780. In incorp. 5 locis: Dołęga $\frac{1}{4}$, 660. Kopacze księżę $\frac{2}{4}$, 104. Kwików $\frac{1}{4}$, 362. Pojawie $\frac{1}{4}$, 552. Wola przemykowska $\frac{2}{4}$ mill. 1042. — Univ. Cath. 3500. Jud. 75.

Offitium post. Uście solne.

• *Ecclesia filialis in Decanatu Wojnicensi.*

Okullee, P. E. filialis ad Cerekiew cons. A. E. ignotus. T. E. Nativitatis B. M. V. Antiqua Ecclesia lignea anno 1782 igne consumpta, praesens circa annum 1809 noviter ex lapidibus aedificata, ao 1842 cons. Patr. Augustiss. c. r. Apost. Majestas.

* Coop. Expos. A. R. D. Nicolaus Episc. Zamojski, cum usu Exposit. canon. n. 1791. o. 1817.

N. A. In loco filiae Cath. 592. In incorp. 3 locis:
Bratucice $\frac{1}{4}$, 1092. Buczków $\frac{3}{4}$, 604. Dąbrówka $\frac{2}{4}$ mill.
275. — Univ. Cath. 2563, Jud. 52.

In Decanatu Wojniczensi Summa:

Cath. 52388. Ev. 4. Jud. 1474.

In Circulo Cracoviensi Summa:

Cath. 221817. Gr. Cath. 19. Ev. 801.

Jud. 12954.



IV.

In Circulo Wadowicensi.

20. Decanatus Bialaensis.

Decanus. Rmus D. Mathias Mika, cum usu R. et M.

Vice-Decanus, Rmus D. Josephus Choliwkiewicz.

Notarius. A. R. D. Joannes Temple.

1. Bestwina, P. E. p. A. E. 1100. Consecrata die 10. Maji 1632 ab Illmo ac Rdssmo Thoma Oborski Eppo Laodicensi et Suffr. Cracoviensi. T. E. Assumptio B. M. V. Patr. Serenissimus Archidux Austriae Albrechtus Rudolphus Fridericus.

Paroch. A. R. D. Jacob. Kubala, cum usu Exposit. canon. n. 1806. o. 1831. b. 1835.

Coop. Vacat.

N. A. In loco paroch. Cath. 1220. In incorp. 4 locis: Bestwinka $\frac{1}{4}$, 582. Kaniów $\frac{3}{4}$, 892. Kaniówki $\frac{2}{4}$, 166. Janowice $\frac{1}{4}$ m. 650. — Univ. Cath. 5510. Jud. 48.

In loco parochiae saeculo XVI fuerat Oratorium helveticum.

Offum post. Bialae.

2. Biała, C. E. p. Anno 1782 per Illm. Rdsm. Florianum Amandum Eppum Tarnov. consecrata, facta anno 1849 amplificatione anno subsequo benedicta. A. E. 1786.

Titulus Eccl. Ad Providentiam divin. Patronus Aug. c. r. Majestas.

* Paroch. Rmus D. Josephus Spons. Choliwkiewicz, Canon. honor. Tarnov. Vice-Decanus, Supremus Schol. nat. Inspector in Magno-Ducatu Cracoviensi emeritus, n. 1807. o. 1850. b. 1845.

* Coop. R. D. Franciscus Manda, Catecheta scholae subre-
alis et capitalis, n. 1821. o. 1847.

* „ R. D. Franciscus Karakulski, n. 1854. o. 1857.

* „ R. D. Carolus Urbańczyk, n. 1851. o. 1857.

N. A. Cath. 3984. Evang. 1176. Jud. 64.

Hic loci existit Oratorium acatholicorum augs. confes.
cum proprio Pastore.

Offum post. in loco.

3. Dankowice, P. E. p. cons. A. E. 1100. T. E. ad
S. Adalbertum. Patr. idem ut in Bestwina.

Paroch. A. R. D. Antonius de Padua Lewkowicz, n. 1812.
o. 1856. b. 1850.

N. A. Cath. 1021. Evang. 3. Jud. 14.

Offum post. Bialae.

4. Hałcnów, (Alzen) P. Capell. local. consecrata. Dom.
III. p. Pascha ao 1825 ab Illmo ac Rdssmo Eppo Gre-
gorio Thoma Ziegler. A. E. 1748. Erecta ad Capell. local.
1829. amplificata 1860. T. E. Visitatio B. M. V. Patr. T.
D. Carolus Humborg.

Capell. local. A. R. D. Joannes Nepom. Temple, Notar. deo.
n. 1815. o. 1841. b. 1853.

N. A. Cath. 1947. Ev. 15. Jud. 29.

Offum post. Bialae.

5. Jawiszowice, P. E. p. A. E. 1504. T. E. ad St. Martinum Ep. Confes. Olim hic fuit promot. Confrat. Immaculatae Concept. B. M. V. Patr. idem ut in Bestwina. Paroch. A. R. D. Macarius de Sokoła Maniecki, cum usu Exposit. canon. n. 1824. o. 1849. b. 1856.

N. A. Cath. 1310. Ev. 6. Jud. 11.

Offum post. Oświęcim.

6. Komorowice, (Polnisch Batzdorf) P. E. p. cons. A. E. 1500. T. E. ad S. Joannem Baptistam. Patr. idem qui in Bestwina.

Paroch. A. R. D. Venceslaus Bohač, cum usu Exposit. can. Membrum actuale societatis ad promovendam culturam bombycis in Silesia austriaca n. 1809. o. 1855. b. 1844.

N. A. In loco paroch. Cath. 1270. In incorp. 2 locis: Deutsch-Batzdorf $\frac{1}{4}$, 85. Mückendorf $\frac{1}{4}$ m. 147. Uterque in Silesia Austr. District. Teschinensis. — Univ. Cath. 1502. Ev. 204. Jud. 146.

Offum post. Bialae.

7. Kozy, P. E. p. cons. A. E. 1659. T. E. ad SS. Apost. Simonem et Judam. Patr. T. D. Carolus Humborg.

Paroch. A. R. D. Augustinus Brożek, n. 1792. o. 1820. b. 1828.

* Coop. R. D. Joseph. Bukowski, n. 1824. o. 1849.

N. A. In loco paroch. Cath. 2406. In incorp. 1 loco: Bujaków $\frac{1}{2}$ m. 1231. — Univ. Cath. 3637. Ev. 14. Jud. 37.

Offum post. Bialae.

8. Lipnik, P. E. p. cons. A. E. 1400. T. E. Nativitas B. M. V. Patr. idem qui in Bestwina.

Paroch. A. R. D. Aloys. Nahowski, n. 1811. o. 1855. b. 1852.

N. A. In loco paroch. Cath. 2223. In incorp. 2 locis:
Straconka $\frac{3}{4}$, 1016. Leszczyn $\frac{1}{2}$ m. 179. — Univ. Cath. 3418. Ev. 800. Jud. 550.

Offum post. Bialae.

9. Międzybrodzie ad Lipnik aut Ponikiew, P.

E. p. ab anno 1858. A. E. 1844. T. E. ad S. Mariam
Magdalenam. Patr. c. r. Apost. Majestas.

Paroch. A. R. D. Joannes Nep. Fitak, cum usu Exposit. Ca-
non. Insignitus cruce aurea cum corona pro meritis, n.
1793. o. 1824. b. 1845.

* **Coop. R. D. Jacobus Matura, n. 1850. o. 1861.**

N. A. In loco paroch. Cath. 1585. In incorp. 1 loco:
Międzybrodzie ad Kobiernice 1 m. 1240. Univ. Cath. 2825.

Offum post. Kenty.

10. Pilsarzowice, P. E. p. cons. A. E. 1535. T. E.

ad S. Martinum E. C. Hic existebat Promot. SS. Scapu-
laris. Patr. T. D. Joannes Gurniak.

Paroch. Rmus D. Mathias Mika, Decanus foran. Inspect. distr.
schol. nat. Commiss. Eppalis quoad matrim. cum usu R.
et M. n. 1803. o. 1850. b. 1859.

N. A. In loco paroch. Cath. 1515. In incorp. 1 loco:
Hecznarowice $\frac{1}{3}$ mill. 752. — Univ. Cath. 2267. Ev. 27.
Jud. 42.

In pago Hecznarowice existit Capella murata et
benedicta sub titulo S. Urbani, in qua bis de anno, sacri-
ficium Missae celebratur.

Offum post. Bialae.

11. Starawieś. (olim antiquae Willamowice) P. E. p. cons. A. E. 1522. T. E. Exaltatio S. Crucis. Olim cum Promot. SS. Bosarii, Patr. TT. DD. Antonius de Jasieñ Michałowski et Franciscus Młynarski alternatim.

Paroch. A. R. D. Jacob. Wojdyłowicz, n. 1795. o. 1828. b. 1855.

Hic residet R. D. Ignatius Jabłoński, Presb. defic. n. 1804. o. 1851.

N. A. Cath. 782. Jud. 15.

Offum post. Kenty.

12. Willamowice. O. E. p. cons. A. E. saeculo XIV. T. E. SS. Trinitatis. Patr. Communitas loci per selectos Camerae oppidi.

Paroch. A. R. D. Michaël M czek, Notarius decanalis emeritus, cum usu Expositorii canon. n. 1805. o. 1851. b. 1855.

N. A. Cath. 1716. Jud. 11.

Natale solum Joann. Gawiński, eximii poetæ saeculo XVII. Hic erat nidus sectae Calvinianae Willamowski. Ecclesia parochialis plura per decennia in manibus Calvinorum fuerat.

Hic residet R. D. Michaël Jonezy, Presbyter deficiens pensionatus.

Offum post. Kenty.

In Decanatu Bialaensi Summa:

Cath. 27919. Ev. 2845. Jud. 755.



21. Decanatus Makoviensis.

Decanus. Rmus. D. Franc. Xav. Eques de Pniewko Ciesielski cum usu R. et M.

Vice-Decanus. A. R. D. Michaël Kuss, cum usu Expos. can.

Notarius. A. R. D. Adalbertus Błaszyński.

1. Bogdanówka, P. Capell. local. nondum habens Ecclesiam. Patr. Augustiss. c. r. Apost. Majestas.

Capell. local. Vacat.

Curam animarum gerit parochus in Łętownia, quorum pagus Bogdanówka spectabat et spectat.

Offum post. Jordanów.

2. Budzów, P. Capell. local. erecta 1852, nondum habens Ecclesiam propriam. Patr. T. D. Mauritius Princeps Montleart.

Capell. local. Vacat.

Curam animarum gerit parochus in Maków, cui incolae pagi Budzów adscripti sunt.

Offum post. Maków.

3. Jordanów, O. E. p. usq. ad 1856 filia ad Łętownia. Hoc autem anno decreto Guber. d. 18. Septembr. 1856. N. 27800 in parochialem Ecclesiam evecta. Habet Ecclesiam ligneam anno 1576 aedificatam et anno 1581 sub titulo SS. Trinitatis consecratam. Habuit olim 1) Ecclesiam hospitalem sub titulo S. Laurentii M. cum suo Praeposito ao 1648 aedificatam, anno 1775 sublatam. 2) Praebendam seu promotorium Confraternitatis SS. Rosarii B. M. V. anno 1616 introductam, anno 1618 erectam, ao

1775 sublatam et Ecclesiae SS. Trinitatis incorporatam,
5) Domum Missionis Societatis Jesu, circa annum 1726
fundatam et anno 1773 cum missione sublatam. 4) Cursum
Marianum ao 1669 introductum. Patr. T. DD. Successores
p. m. Hieronimi L. B. de Borowski in $\frac{2}{3}$ et Avitus Sa-
rius Wilkoszewski in $\frac{1}{3}$, simultanee.

Paroch. A. R. D. Joann. Evang. Nowak, n. 1816. o. 1842.
b. 1857.

* Coop. R. D. Joann. Cant. Komperda, n. 1829. o. 1856.

N. A. In loco paroch. Cath. 1017. In incorp. 5 locis:
Chrobacze $\frac{1}{3}$, 77. Malejowa $\frac{1}{3}$, 589. Bystra $\frac{3}{4}$, 1016.
Toporzysko $\frac{3}{4}$, 971. Wysoka $\frac{3}{4}$ m. 712. — Univ. Cath.
4582. Ev. 1. Jud. 158.

In loco parochiae adest hospitale pro pauperibus cir-
ca annum 1597 erectum et dotatum, in quo 5 pauperes
sustentantur. In pago autem W y s o k a adest Capella pri-
vata lignea, cum facultate Missae sacrificium quandoque ce-
lebrandi.

Offum post. in loco.

4. Lachowice, P. Capell. local. Habet Ecclesiam ligneam
ao 1789 erectam, anno 1855 consecratam, sub titulo SS
Apostolorum Petri et Pauli. Ecclesia haec primitus ad
Ecclesiam in Krzeszów spectabat, usque 1635, hoc vero
anno qua filia Ecclesiae in Sucha adscripta. Anno 1841
in Capellaniam localem evecta mansit. Patr. T. D. Alexan-
der Comes de Branicki in Russia polonica degens.

Capell. localis. A. R. D. Josephus Łopaciński, n. 1807, o.
1835. b. 1843.

N. A. Cath. 1715. Jud. 19.

Offum post. Sucha.

5. Łętownia, P. E. p. ante 1529 erecta. Habet Ecclesiam ligneam, 1765 anno aedificatam et sequenti sub titulo SS. Apost. Simonis et Iudae consecratam. Habuit Confraternitatem scapularis B. M. V. anno 1745 fundatam, quae circa annum 1793 sublata est. Patr. T. DD. Successores p. m. Angelae de Lisickie Homerowa, cum Alexandro de Rola Gadomski, simultanee.

Paroch. A. R. D. Jacobus Wolny, n. 1829. o. 1854. b. 1861

* Coop. R. D. Thaddaeus Chwalibog, n. 1856. o. 1862.

N. A. In loco paroch. Cath. 1570. In incorp. 5 locis: Naprawa $\frac{1}{4}$, 864. Skomielna czarna $\frac{1}{2}$, 885. Tokarnia $\frac{1}{2}$, 776, Więcierzka $\frac{1}{2}$, 790. Bogdanówka 1 m. 585. — Univ. Cath. 5266. Jud. 59.

In territorio hujus parochiae existunt duae Capellae privatae lignae privilegiatae, in pagis np. Tokarnia sub tit. B. M. V. ad Nives et in Skomielna czarna sub titulo Visitationis B. M. V. in quibus sacrificium Missae sine restrictione celebrari potest.

Offum post. Jordanów.

6. Maków, O. E. p. ante 1559 erecta, Ecclesia praesens neo e muro aedificata 1828, anno vero 1833 cons. sub titulo Transfigurationis D. N. J. C. Habet duas Confraternitates, utpote: unam Coronae Salvatoris ao 1694 introductam, et alteram Transfigurationis 1756 concessam anno 1853 in vitam revocatam. Patr. T. D. Mauritius Comes Saint-Genois d'Aneaucourt, Suae S. Apost. Majestat. actualis Camerarius Ord. S. Joannis Jerosol. Eques. Habitat Viennae in Austria.

Paroch. Iunus D. Antonius de Pad. Heer, profess. Theolog. moral. et Examinator prosynodalis emeritus, Inspector. Schol. nat. Decan. Macov. cum usu R. et M. n. 1809. o. 1855. b. 1840.

* Coop. R. D. Joan. Malnowski, n. 1856. o. 1861.

N. A. In loco paroch. Cath. 2274. In incorp. 3 locis: Grzechinia $\frac{1}{4}$, 1547. Żarnówka $\frac{1}{4}$, 1324. Biała $\frac{1}{4}$, 1119. Juszczyń $\frac{3}{4}$, 1281. Budzów 1 m. 1460.—Univ. Cath. 9005. Gr. Cath. 1. Helvet. 2. Jud. 75.

In hac parochia existunt binæ Capellæ muratæ et quidem in Maków sub titulo S. Joannis Cantii et in Biała sub titulo B. M. V. in quibus diebus feriatis sacrificium Missæ celebrari potest.

Offum post. in loco.

7. Mucharz, P. E. p. antiquissima in Decanatu Makoviensi, longe ante 1589. quo erectio vel potius dotatio ejus a Joanne Duce in Oświęcim renovata et confirmata fuerat. Primitivè sub titulo Nativitatis B. M. V. nunc vero S. Adalberti, qui in itinere suo ad Poloniam, locum hunc invisisse dicitur. Ecclesiam habet in Presbyterio e ruina veteris muratam. Nova Ecclesia e muro aedificari coepta. Habuit Confraternitatem S. Josephi anno 1691 fundatam. Patr. T. D. Dominicus Knesek senior, habitat in Mystek in Moravia.

Paroch. A. R. D. Joseph. Górkiewicz, cum usu Expos. can. membrum activum Societ. agronom. Cračov. n. 1809, o. 1857. b. 1840.

Coop. Vacat.

N. A. In loco paroch. Cath. 518. In incorp. 8 locis: Brańkówka $\frac{1}{4}$, 135. Jaszczurowa $\frac{1}{2}$, 608. Skawce $\frac{1}{4}$, 271. Kozieniec $\frac{3}{4}$, 429. Sleszowice $\frac{3}{4}$, 659. Ostałowa $\frac{3}{4}$, 89. Poreba świnna $\frac{3}{4}$, 271. Zagórze $\frac{1}{3}$ m. 105. — Univ. Cath. 3078. Ev. 1. Jud. 36.

In aula Jaszczurowiensi adest Capella privata cum privilegio quandoque Missae sacrificium celebrandi.

Offum post. Wadowice.

8. Osielec, P. qui antea una cum incorporatis duobus pagis ad Maków spectabat. Ecclesia parochialis anno 1840 sumtibus fundi religionis vigore alti aulici decreti de 1819 noviter e muro aedificata et dotata, ao 1855 consecrata, sub titulo SS. Apost. Philippi et Jacobi, Patr. T. D. Idem qui in Maków.

Paroch. A. R. D. Antonius de Padua Jaworski, n. 1827. o. 1851. b. 1861.

* Coop. Vacat.

N. A. In loco paroch. Cath. 1472. In incorp. 2 locis: Kojaszówka $\frac{1}{2}$, 601. Wieprzec $\frac{3}{4}$ mill. 277. — Univ. Cath. 2350. Jud. 19.

Offum post. Jordanów.

9. Raba wyżnia, P. E. p ao 1580 erecta. ao 1668 per Gasparum Sierakowski dotata, ao 1843 e muro restaurata et ao 1848 consecrata sub titulo S. Stanislai E. M. Patr. T. D. Stephanus Eques de Sarius Wilkoszewski.

Paroch. A. R. D. Franc. Xav. Dzikiewicz, n. 1822 o. 1849. b. 1860.

Coop. Vacat.

N. A. In loco paroch. Cath. 1146 In incorp. 3 locis: Bielanka $\frac{1}{2}$, 242. Sieniawa $\frac{1}{2}$, 677. Rokiciny $\frac{1}{4}$ m. 487. Univ. Cath. 2552. Jud. 19.

Ad hanc parochiam spectat Capella publica lignea in Sieniawa sub titulo S. Antonii de Padua anno 1750 per Andream de Łukowice Sendzimir erecta et fundata, ad quam cum devotione omni 4 Dominica excurritur.

Offium post. Jordanów.

10. Rabka, P. E. p. lignea anno 1557 erecta et anno 1634 cons. sub titulo S. Mariae Magdalenaee. Patr. T. D. Julianus Eques de Winiawa Zubrzycki.

Paroch. A. R. D. Martin. Kasprowicz, Vice-Decanus emeritus, cum usu Exposit. canon. n. 1806. o. 1833. b. 1838.

Coop. R. D. Michael Paleczny, n. 1832. o. 1857.

N. A. In loco paroch. Cath. 1002. In incorp. 8 locis: Słone $\frac{1}{4}$, 664. Habówka $\frac{1}{2}$, 514. Skomiczna biała $\frac{3}{4}$, 1106. Rdzawka 1, 587. Zaryte $\frac{1}{2}$, 506. Ponice $\frac{3}{4}$, 748. Skawa $\frac{3}{4}$ m. 1555. — Univ. Cath. 6462. Jud. 115.

Ad hanc parochiam spectant duae Capellae publicae lignae in Skomiczna biała S. Sebastiani, anno 1550 erecta et ao 1776 aedificata et in Habówka S. Crucis ad quas cum Missae sacrificio excurritur. Dein duae Capellae privatae np. in Ponice cum privilegio 4 et in Zaryte semel Missae sacrificium annue colebrandi.

Offium post. Jordanów.

11. Siedzina, P. E. p. Habet Ecclesiam saeculo XVII erectam, anno 1815 noviter e muro exstructam, quae ad Maków spectabat. Anno 1836 idque vigore alti aul. de-

erecti de anno 1819 in parochialom Ecclesiam erecta, et 1829 sub titulo S. Nicolai E. C. consecrata. Habuit Confraternitatem Scapularis B. M. V. ao 1689 introductam, quae nuper est in vitum revocata, Patr. Idem qui in Maków.

Paroch. A. R. D. Adalbertus Błaszyński, Notarius decan. n. 1806. o. 1835. b. 1844.

* Coop. R. D. Thomas Kosek, n. 1819. o. 1851.

Ofium post, Jordanów.

12. Spytkowice ad Jordanów. P. qui primitive partim ad Łętowia partim ad Jordanów partim vero ad Raba wyżnia spectabat. Ecclesia paroch lignea ao 1760 per Romanum de Bogusławice Sierakowski erecta et dotata, anno 1766 consecrata sub titulo Immaculae Conceptionis B. M. V. Habet Confraternitatem SS. Sacramenti et 5 Plagarum D. N. J. C. 1812 erectam. Patr. T. DD. Successores p. m. Mariannæ e Comitibus de Grünthal Picard.

Paroch. A. R. D. Severinus Eques de Kałuski, n. 1805. o. 1831. b. 1852.

N. A. Cath. 1592. Jud. 69.

Ofium post. Jordanów.

13. Sucha, P. E. p. Anno 1614 a Petro de Komorowski Comite Oraviensi et Liptov. nec non Capitaneo Oświęcimensi e muro aedificata, et anno 1625 dotata. Ab ao 1624, quo Ecclesia haec sub titulo Visitationis B. M. V. cons. extiterat, curam animarum gerebant Canonici Lateranenses S. Augustini, usque ad 1782. quibus sublatis Ecclesia cum beneficio Clero saeculari restituta mansit. Habet Confr. SS. Rosarii ao 1661 introductam. Patr. T. D. Alexander Comes de Branicki.

Paroch. Rmus D. Franciscus Xav Eques de Pniewko Ciesielski, Decanus foran. a Consiliis Consist. honor. cum usu R. et M. Commissarius Eppalis tempore Indulg. Calvariaë, tum quoad Matrim. Membrum activ. Societat agrum. Cracov. n. 1806. o. 1851. b. 1855.

Coop. R. D. Joseph. Łabuda, n. 1830. o. 1855.

N. A. In loco paroch. Cath. 1902. In incorporato pago Stryszawa $\frac{3}{4}$ m. distante 2553. — Univ. Cath. 4435. Ev. 4. Jud. 41.

Ad hanc parochiam spectat Ecclesia filialis in Krzeszów, Hic loci in arce adest Capella privata cum facultate sacrificium Missae celebrandi, praeterea habet hospitale pro sex pauperibus.

Offum post. in loco.

14. Tarnawa. P. primitive ad Mucharz spectabat, ab anno 1815 Capellania localis a Joanne Cant. Comite Wielopolski erecta. Ecclesiam habet ligneam ad interim solum adaptatam. Patr. Idem, qui in Sucha.

Capell. local. A R. D. Adalbertus Bobek, n. 1810. o. 1838. b. 1845.

N. A. Cath. 1856. Jud. 17.

Offum post. Sucha.

15. Zawoja vel Skawica. P. olim Skawica nuncupatus, quo ob magnam extensionem in duas partes diviso, superior nomen Zawoja obtinuit, inferiori vero primitivum nomen Skawica mansit. Ecclesia parochialis. Ab anno 1759, quo vigore privilegii Serenissimi Augusti III. Regis Poloniae de ao 1757 praesens Ecclesia lignea sub

titulo S. Clementis Papae M. aedificata, et benedicta, anno demum 1825 consecrata fuerat, usque ad annum 1835 filia ad Maków. Exhinc vero vigore alti decreti Augustissimi Imperatoris Austriae et Regis Nostri Francisci I. de anno 1819 parochia independens. Patr. Idem qui in Maków.

Paroch. A. R. D. Joan. Chrysost. Warzecha, cum usu Expōs. canon. membrum actuale Societ. agron. Cracov. n. 1817. o. 1842. b. 1848.

* Coop. R. D. Franc. Xav. Klimkowicz, n. 1835. o. 1860.

N. A. In loco paroch. Cath. 4440. In incorp. loco: 1 m. distante Skawica 1600. — Univ. Cath. 6040. Jud. 29.

In pago Zawoja locis Wilczna et Policzne ad-sunt Capellae muratae in quarum prima adest facultas sacrificium Missae celebrandi in festis Inventionis et Exaltationis S. Crucis in altera vero festo S. Joannis Baptistae.

Offum post. Maków.

16. Zembrzyce, P. antea ad Mucharz spectabat, dein Ecclesia parochialis lignea anno 1533 erecta et sub titulo S. Joannis Baptistae anno 1622 consecrata. Habuit Confraternitatem Scapularis B. M. V. ao 1692 fundatam. Patr. T. D. Theopila de Znamięcka.

Paroch. A. R. D. Michaël Kuss, Vice-Decanus, cum usu Exp. canon. n. 1799. o. 1827. b. 1838.

N. A. Cath. 1299. Jud. 7.

Offum post. Sucha.

Ecclesia filialis in Decanatu Makoviensi.

Krzeszów, P. filia ad Sucha. Originetenus paroch. ao 1615 a Petro de Komorowski erecta, anno 1635 Eccle-

siae et Conventui Canonico regularium Lateranensium S. Augustini in Sucha incorporata, anno autem 1782 sublatis Canonicis regular. qua filia Esiae parochiali in Sucha adscripta. Habet Ecclesiam ligneam anno 1668 sub titulo S. Catharinae V. M. consecratam. Olim habuit Confraternitatem S. Annae a. 1653 introductam. Patr. Idem, qui in Sucha.

* Coop. exposit. R. D. Petrus Wróbel, n. 1811. o. 1838.

N. A. In loco filiae. Cath. 2337. In incorp. loco: Kuków $\frac{1}{2}$ m. dist. 1084. — Univ. Cath. 3421. Jud. 21.

Offium post. Sucha.

Excurrenda in Decanatu Makoviensi.

Sieniawa e Raba wyżna, Habówka et Skomielna biała e Rabka.

In Decanatu Makoviensi Summa:

**Cath. 55893. Gr. Cath. 6. Evang. 1.
Helv. 2. Jud. 689.**



22. Decanatus Mysłenicensis.

Decanus. Plrm. R. D. Franciscus Seraph. Swoboda, cum usu
Expos. canon.

Vice-Decanus. A. R. D. Leopoldus Chmielowski, cum usu
Expos. canon.

Notarius. Vacat.

1. Bleńkówka, P. E. p. cons. Olim filia ad Sułkowiec, sed anno 1795 in parochialem elevata. T. E. SS. Trinitatis. Patr. Augustissima c. r. Apost. Majestas.

Paroch. A. R. D. Leopoldus Chmielowski, Vice-Decanus, Pater Spiritualis Seminarii Tarnoviensis emeritus, cum usu Expositorii canonicalis, n. 1817. o. 1845. b. 1859.

* Coop. Vacat.

N. A. In loco paroch. Cath. 1522. In incorp. 4 loco: Jacobówka $\frac{1}{4}$ m. 851. — Univ. Cath. 2155. Jud. 5.

Offum post. Maków.

2. Jawornik, P. E. p. cons. A. E. 1505. T. E. Inventio et Exaltatio S. Crucis. Patr. T. D. Salomea de Turczyk Hubicka.

Paroch. A. R. D. Joseph. Stramski, n. 1791. o. 1825. b. 1851
N. A. Cath. 789. Jud. 16.

Hic existit Capella privilegiata sub titulo S. Stanisłai E. M. cujus tamen annus erectionis non constat.

Offum post. Myślenice.

3. Krzywaczka, P. E. p. cons. A. E. circa 1452. T. E. SS. Trinitatis. Patr. T. D. Henricus Schmidt.

Paroch. A. R. D. Adalbert. Rutkowski, n. 1805. o. 1852. b. 1857.

N. A. In loco paroch. Cath. 870. In incorp. 4 loco: Bęczarka $\frac{1}{2}$ m. 468. — Univ. Cath. 1558. Ev. 1. Jud. 15.

Hic existit Capella privilegiata sub titulo S. Rosaliae, olim gaudens privilegio Missae sacrificium celebrandi.

Offum post. Izdebnik.

4. Lanckorona, O. E. p. cons. A. E. 1280. longe serius per Casimirum M. Regem Poloniae abundanter dotata et privilegiata est, de qua causa pro beneficio hocce a potiori, Canonici, Doctores Philosophiae et Juris, atque Professores Universitatis Jagiellonicae praesentabantur. Quondam Praepositoralis cum Praebendario et Promotore SS. Rosarii usque ad annum 1788, atque Altarista S. Stanislai. Est ad praesens matrix Ecclesiae filialis in Izdebnik. T. E. Nativitas S. Joannis Bapt. Patr. Augustissima c. r. Apost. Majestas.

Paroch. A. R. D. Mathaeus Waluszak, membrum c. r. Societatis zoologico-botanicae Vindobonensis actuale, item membrum c. r. Societatis Agronomicae Cracoviensis, et Societatis Sylvestr. Galiciae occident. actuale, cum usu Exp. can. n. 1804. o. 1850. b. 1855.

* Coop. R. D. Joannes Budzyk, n. 1837. o. 1860.

N. A. In loco paroch. Cath. 1422. In incorp. 4 locis: Jastrzebia dolna $\frac{1}{2}$, 505. Skawinki $\frac{1}{2}$, 654. Baczyn 1, 469. Zachełmna 1 m. 514. — Univ. Cath. 5164. Ev. 7. Jud. 27.

Hic existit Capella privilegiata S. Crucis cons. in qua in festo Inventionis et Exaltationis S. Crucis, et quovis alio tempore sacrificium Missae celebratur.

Ad hanc Ecclesiam parochialem spectat Ecclesia filialis in Izdebnik.

Offum post. Calvariae.

5. Lubień, P. E. p. cons. A. E. 1563. T. E. Nativitas S. Joannis Bapt. Patr. T. DD. Successores p. m. Mariae Xav. de Curlandio-Saxonia Principissae Montléart.

Paroch. A. R. D. Ignat. Loj. Dziubek, n. 1805. o. 1850. b. 1858.

* Coop. R. D. Cajetanus Pawlikowski, n. 1806. o. 1834.

N. A. In loco paroch. Cath. 1838. In incorp. 3 locis: Tęczyn $\frac{1}{4}$, 1181. Krzeczonów $\frac{1}{2}$, 1051. Krzczów 1 m. 511. — Univ. Cath. 4581. Jud. 12.

Offum post. Myślenice.

6. Myślenice, (vetus Myślimice) C. E. p. cons. A. E. 1342. T. E. Nativitas B. M. V. Ad hanc Ecclesiam fuit Confraternitas SS. Rosarii et S. Annae, ast a quo, et ad quem annum, non constat, cum acta Ecclesiae per Suecones demolita exstiterunt. Confraternitas SS. Rosarii anno 1861 iterum introducta exstitit, et gaudet indulgentiis Papalibus ad decursum 10 annor. In hac Ecclesia est imago B. M. V. thaumaturga ao 1590 per Gregorium Princip. Zbarawski Venetiis adlata. Patr. qui supra.

Paroch. Plrm R. D. Joseph. Joach. Tarchała, Decanus foran. ac Inspect. Distr. Schol. nat. emeritus, cum usu Exposit. canonical. n. 1806. o. 1834. b. 1842.

* Coop. R. D. Adolphus Kruzyński, n. 1832. o. 1858.

„ R. D. Joan. Szezurowski, n. 1836. o. 1861.

N. A. In loco paroch. Cath. 2012. In incorp. 7 locis: Dolnawieś 841. et Górnawieś 762. contigui Civitati, Bysina $\frac{1}{2}$, 687. Polanka $\frac{1}{2}$, 562. Borzęta $\frac{3}{4}$, 668. Chełm $\frac{5}{4}$, 230. Stróża $\frac{5}{4}$, 1401. — Univ. Cath. 7163. Ev. 4. Jud. 86.

Hic existit Ecclesia antiqua murata, primaria in Myślenice, quondam parochialis, sub tit. B. M. V. in qua exceptis festis Missae sacrificium et in festo S. Jacobi Indulgentiae celebrantur. Item existunt in górna et dólna Wieś Capellae, sub tit. tertii Lapsus D. N. J. C. tum

in suburbio Stradom Capella B. M. V. ad Nives, cum privilegio ad quinquaginta concessa, semel de anno Missae sacrificium celebrandi.

Offitium post. in loco.

7. Peim. (vetus Pęcim) P. E. p. cons. A. E. 1338. T. E. S. Nicolai C. E. Ecclesia haec olim matrix filiae Lubień ad annum 1635 cum Confraternitate SS. Rosarii a. 1698 fundata, nunc vero sublata. Patr. idem qui in Lubień.

Paroch. A. R. D. Adalbertus Alex. Łapiński, Presbyt. jubil. n. 1783. o. 1807. b. 1827.

* Coop. Vacat.

N. A. Cath. 2553. Jud. 9.

Offitium post. Myślenice.

8. Sułkowice, (vetus Sulikowice) P. E. p. cons. A. E. 1617. T. E. OO. Sanctorum. Quondam mater ad 3 filias Bieńkówka, Trzebusia et Harbutowice, quarum prima a. 1794, altera vero 1849 ad per se existentes Ecclesias parochiales elevatae extiterunt. Patr. idem qui in Lubień.

Paroch. Plrm R. D. Franciscus Seraph. Swoboda, Decanus foran. ac Inspect. distr. scholarum nation. Commissarius Episcop. tempore Indulg. Calvariae tum quoad matrim. Membrum actuale Societatis sylves. Galiciae occident. cum usu Exp. can. n. 1813. o. 1856. b. 1847.

Coop. R. D. Eduardus Ropski, n. 1853. o. 1857.

N. A. In loco paroch. Cath. 2162. In incorp. 3 locis: Jasienica $\frac{3}{4}$, 689. Rudnik $\frac{1}{4}$, 1122. Biertowice $\frac{1}{2}$ mill. 459. — Univ. Cath. 4412. Ev. 4. Jud. 76.

In loco existit Ecclesia consecrata sub tit. S. Sophiae

anno 1826 erecta, tum in ambitu loci Capella murata S. Crucis, et in pago Jasienica Capella murata, sub titulo Lapsus D. N. J. C. In priori toties quoties, in altera et tertia, in quatuor temporibus Missae sacrificium celebratur.

Offium post. Izdebnik.

9. Trzebunia, P. E. p. cons. A. E. 1740. T. E. ad S. Mariam Magdalenam. Olim filialis ad matricem in Sułkowice spectans. ao vero 1849 ad parochialem erecta. Patr. idem qui in Sułkowice.

Paroch. A. R. D. Joseph. Hanuszowski, n. 1810. o. 1857. b. 1849.

* Coop. R. D. Joannes Nepom. Chlipała, n. 1809. o. 1857. N. A. In loco paroch. Cath. 1485. In incorp. 2 locis. Więciorka $\frac{1}{2}$, 548. Zawadka $1\frac{1}{4}$ m. 269. — Univ. Cath. 2102. Jud. 3.

Offium post. Myślenice.

Ecclesiae filiales in Decanatu Myślenicensi.

1. Harbutowice, (vetus Harbułtowice) P. filia ad Sułkowice. A. E. ignotus. Circa annum 1500 fertur fuisse parochialis, cons. T. E. vetus Assumptio B. M. V. ab ao 1850. T. E. S. Michaëlis Archangeli. Patr. idem qui in Sułkowice.

Coop. expos. R. D. Jos. Zieliński, n. 1819. o. 1843.

N. A. In loco filiae Cath. 986. In incorp. 1 loco: Palcza $\frac{3}{4}$ m. 583. — Univ. Cath. 1569. Jud. 13.

Offium post. Izdebnik.

2. Izdebnik, P. filia ad Lanckorona. A. E. ignotus. T. E. S. Margarithae V. M. Patr. Augustissima c. r. Apostol. Majestas.

Coop. expos. R. D. Joann. Nep. Zubritski, n. 1809. o. 1852.

N. A. In loco filiae Cath. 1575. In incorp. 2 locis: Podhybie $\frac{1}{2}$, 150. Solca $\frac{3}{4}$ m. 81. — Univ. Cath. 1784. Jud. 65.

In loco filiae existit Capella murata S. Valentini M. in qua die S. Valentini S. Marci et diebus rogationum Missae sacrificium celebrari licet.

Offum post. in loco.

In Decanatu Myslenicensi Summa:

Cath. 31608. Evang. 16. Jud. 327.



23. Decanatus Oświęcimensis.

Decanus. Rmus D. Andreas Knycz, cum usu R. et M.

Vice-Decanus. Rmus D. Franciscus Schottek, cum usu R. et M.

Notarius. A. R. D. Joannes Antosiewicz, cum usu Exp. can.

1. Bielany, P. E. p. A. E. ignotus. T. E. ad S. Mathiam Apost. Patr. T. D. Carol. L. B. de Lariss.

Paroch. A. R. D. Andreas Eques de Pleszowski, membr. actual. Societ. agronom. Cracov. cum usu Expos. canon. n. 1809. o. 1852. b. 1858.

N. A. In loco paroch. Cath. 795. In incorp. 2 locis: Łęki $\frac{1}{4}$, 491. Kańczuga $\frac{1}{4}$ m. 114. — Univ. Cath. 1400. Ev. 9. Jud. 58.

Offum post. Kenty.

2. Bulowice, P. Capell. local. cons. A. E. 1817. T. E. ad S. Adalbertum E. M. Originetenus extiterat hic Ecclesia lignea, una antiquissimarum, quae primitus parochialis fuisse dicitur, postea filialis ad Kenty facta, deinde ao 1817 Capellania localis erecta est atque Ecclesia murata et anno 1822 consecrata. Patr. Idem ut supra.

Capell. local. A. R. D. Joseph. Bagier, cum usu Expos. can. n. 1810. o. 1857. b. 1851.

N. A. Cath. 2155. Ev. 3. Jud. 95.

Offum post. Kenty.

3. Czanlec, (vetus Grzanica) P. E. p. A. E. circa 1560. T. E. ad S. Bartholomaeum Apost. Ante erectionem pertinebat haec Ecclesia usque ad annum 1560 qua filia ad Kenty, post erectionem spectabat ad hanc Ecclesiam, Ecclesia filialis in Międzybrodzie vel Ponikiew. Patr. Sere-niss. Archidux Albrechtus.

Paroch. A. R. D. Franc. Traufelder, Capell. castr. emerit. n. 1811. o. 1859 b. 1852.

* Coop. R. D. Joannes Gierałtowski, n. 1829. o. 1856.

N. A. In loco paroch. Cath. 2105. In incorp. loco: Porąbka $\frac{1}{2}$ mill. 2010. — Univ. Cath. 4115. Evang. 1. Jud. 124.

Offum post. Kenty.

4. Gierałtowice, P. E. p. consecrata. A. E. 1629. T. E. ad S. Martinum Eppum Turonens. Patr. T. D. Mauritius Comes de Potocki praesentat bis et tertia vice Albina de Skrzywna Dunin.

Paroch. A. R. D. Valentin. Kucharski, n. 1801. o. 1850. b. 1857.

N. A. In loco paroch. Cath. 542. In incorp. loco: Gierałtowiecki $\frac{1}{4}$ m. 263. — Univ. Cath. 805. Jud. 32.

Offum post. Zator.

5. Głabowice, P. E. p. cons. A. E. 1518. T. E. ad B. M. V. de monte Carmelo. Patr. T. D. Albina de Skrzywna Dunin.

Paroch. A. R. D. Ignatius Lojola Kowalczyk, n. 1803. o. 1828. b. 1833.

N. A. Cath. 953. Jud. 24.

Hic fuerat anno 1612 Oratorium helveticum.

Offum post. Wadowice.

6. Grojec vel **Grodzlec**, P. E. p. A. E. 1682. T. E. ad S. Laurentium M. Patr. T. D. Vanda Catharina nobilis de Chwalibóg.

Paroch. Vacat.

Spirit. Administrator. R. D. Josephus Woźniak, n. 1823. o. 1850.

